



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Fœtus animatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

1. **A** Bortus pertinet ad damnum propriæ personæ; nam propterea de eo hic breviter agemus. Duplici autem procurati modo ille potest. Ex Sanchez de matr. d. 1. lib. 9. Grassi part. 1. lib. 2. cap. 8. n. 3. Casti. Pal. d. 3. de matr. part. 4. §. 3. num. 13. multa de abortu habet Dicastill. lib. 2. de iust. tr. 1. §. 10. d. 13. Primò indirectè, ut si prægnans sumat pharmacum tendens directè ad sanitatem, licet per accidens inferat mortem fœtui sive animato, sive inanimato; & hunc abortum in directum procurare ex proportionata causa, licet potest tum ipsa prægnans, tum alij. Nam propterea tunc femina ægrota- tas potest sanguinem emittere, debita inedia vi, portio- nis medicatas, ad prava humores expellendos ordina- tas sumere, &c. Ratio est, quia sic, propter illam necessi- tatem, Abortus censetur solum permittitur, non verò in- tentus, cum Mater suo jure utatur sanitatem conquiren- di. Quando medicamenta æquè tendunt in salutem Ma- tris, & in mortem fœtus, potest ea applicari infirmæ præ- gnanti; si salus infirmæ est desperata, docet probabiliter Sanchez l. c. n. 19. etiam si dubium sit, an vitam matri alla- tura sint. Ratio est, quia secus, periret certò Mater, & consequenter fœtus: At per illa medicamenta fortè uterque liberabitur à morte.

2. Secundò directè, ut si Medicus præciperet ebi- bendam potionem, directè habentem pro sua vi, fœ- tum interimere, vel conceptionem impedire. Et quia certum est ex Sanchez, Valsq. Pont. cum Castro Pal. loc. c. n. 9. tunc esse mortale: illam absolute sumere, vel propi- nare; quia sic vel occiditur per se innocens, si fœtus est animatus; vel si nondum est informatus animas, contra finem naturæ impeditur generatio: tamen adhuc dubita- tur, an aliquando liceat, quando nimirum, ni ita fiat, pe- riculum vitæ subit Mater.

Fœtus animatus.

3. Dico primò. Si constet fœtum esse animatum, vel dubitetur, an animatus sit; nunquam licet. Ita Doctores citati, & citandi. Ratio est, quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona: malum autem intrinsecè est, occidere innocentem. Fœtum masculinum animari potest quadra- ginta dies, femininum post octoginta, & in dubio cen- deri, quoad nostrum casum, femininum, ut quo minùs potest aggravetur delinquens, diximus lib. 1. cap. 3. §. 7. v. irregularitas, n. 2.

Fœtus inanimatus.

4. Dico secundo; Si fœtus est sine anima, aliqui af- firmant in tanta Matris necessitate, licere. Ita Sanchez Grassi l. c. Sa. v. Homicidium, Laym. lib. 3. sect. 5. t. 3. p. 3. cap. 4. num. 4. alique apud Dian. part. 3. tract. 5. res. 11. Aliqui negant. Ita Filiuc. tr. 29. c. 6. Less. lib. 2. c. 9. num. 61. & 62. alique aq. eundem Dianam. Vtrumque probabile. Ratio posteriorum potissima, ducitur ab inconvenienti; nam si id liceret, licitum etiam esset, propter sanitatem directè procurare pollutionem; quod nemo dixit. Ra- tio priorum est, quia tunc fœtus est aggressor contra Matris vitam: & sicuti pravi humores possunt depelli, quia invadunt vitam; ita & ille fœtus, qui nunc instar humoris pravi est. Ad illud de pollutione, esse potest disparitas propter periculum apertissimum incontinen- tiæ, si ejulmodi licentia indulgeatur; & quia si ea pol- lutio permitteretur, impediretur usus conjugal, con- tentis jam hominibus illa voluptate pollutionis licetè percepta, quæ inconvenientia non inveniuntur in casu nostro.

An licitus sit abortus, ne adultera occidatur?

5. Ex dictis confluit gravis difficultas: An quem admodum ad servandam Matris infirmæ vitam, pro- babilitur

est infir-
vis timor
a. v. Homicidium
e, diximus
is; temper
is, ibidem
i vita po-
o: Imò la-
i assisten-
strandum
profutura,
n. Sanchez
mortem
is mortis
mittitur.
occidendi
um, potest
rus: non
iortu ante
enct, mi-
sulphur
tium me-
erbiortu
esse eum
tentioris
bans Di-
um. 139
in Blo-
cum Flo-
14. aliq-
iant an-
tificatio-
um ha-
extraor-
e ducere
magnum
damnum
i. Dicasti-
rum est
rigore
num. 11.
arnibus
olius do-
ella re-
inhone
est quis
ne fil-
id non
i. lib. 3.
ven-
e effica-
e licita
s reme-
potest:
e reportis
D. mor-
agias,
guere,
6 cor-
est.
itilet,
ndato
Dian-
cipiat,
vi